

men Christus natus ex Maria, omnia illa idolorum simulacra eversa sunt, postea tamen restaurata currebant iterum Christo Domino Aegyptum intrante in manibus suae Genitricis, ut olim praedixerat (Isa. 19): *Eccc Dominus ascendit super nubem lecem, et ingreditur Aegyptum, et commovebantur simulacra Aegypti a facie eius, et cor Aegypti tabesceat in medio eius.* Tertullianus deinde (libro contra Marcionem), et Egesippus (libro de supplemento evang. verit.) explicans verbum illud: *responsus accepit Simeon*, narrat, quod isto qui Rabbi erat apud Hebraeos, dum in cathedra interpretaretur locum Isaiae (cap. 9): *Eccc Halma concipiet, delevit litteram aspirationis, h. ut sensus esset: iuvenula concipiet, non Virgo; divinitus tamen ablata littera mox restituta est: ipse vero iterum eam delevit; sed iterum miraculose scriptam invenit: ter quidem id fecit, et scripla halma cum aspiratione, h. reddebatur: quam singularem rei novitatem considerans Simeon ad orationem recurrit, ibique responsus accepit a Spiritu sancto de partu Virginis, et non se visurum mortem, donec videret Christum Dominum. Et in vita s. Aegidii teste Surio mense aprilii legitur, quod cum quidam magister theologus vacillaret in virginitate Mariae, accessit ad sanctum Aegidium Minoritum, ut ab eo solidaretur circa integritatem Virginis, cum ille occurrent percussit baculo terram dicens: *Virgo ante partum*, et statim candidissimum liliam subito excrevit; iterum percussit aliam terrae partem dicens: *Virgo in partu*; et mox simile liliam produxit; tandem tertio terram percussit: *Virgo post partum*, exclamans, aliud non minus candidum liliam repente exortum fuit, quo mirabili eventu incredulus ille firmissime amplexus est virginitatem Mariae. Recte ergo Christus Dominus Elhnicis dicere potest, quod olim Hebraeis (Joan. 5): *Opera, quae ego facio, testimonium perhibent de me: et illud: Si mihi non vultis credere, operibus credite.* Quod plura? certe contra Elhnicos non tantum humana testimonia, sed coelestia signa virginitatem Mariae indicare comperio. Albumazar celeberrimus astrologus (in suo maiori introductorio tractatu 6) inquit: *Ascendit in prima facie illius signi virgo pulchra, et honesta habens in manu sua duas spicas, et nutrit puerum, et vocat ipsum quaedam gens Iesum, et ascendit cum ea stella virginis; haec ille: quae verba adducens Albertus, suo saeculo magnus, in libro cui speculi titulum imposuit, ut refert Sixtus Senensis (lib. 6. annotat. 10): Nos autem scimus, quod sub hoc ascendente eiusdem Virginis natus fuit Dominus noster Iesus Christus, cum hoc, quod aequivo motus octavae sphaerae in tempore eiusdem fuit octo graduum, et triginta minutorum, secundum calculationem certissimam, et quod ipsa erat tunc minuenta de locis planetarum inventis per canones; non quia subiaceat stellarum motui, aut earum iudicio naturam desideratissimus, qui creaverat ipsas stellas, sed quia cum extenderet coelum, sicut pellem, formans librum universitatis, nobis literis eiusdem deesse ex his, quae secundum providentiam suam in libro aeternitatis scripta sunt, etiam illud elegantissimum a na-**

tura, quod de Virgine nasceretur, ut profecto per hoc immeretur homo carnalis, et verus, qui non naturaliter nascebatur; non quod coeli figura causa esset, quare nasceretur, sed potius significatio; imo verius ipse erat causa, quare modus admirandae suae aeternitatis significaretur per coelum.

Ad extremum interrogo Ethnicos, an his quae hucusque commemoravimus, praesentidem. Homerus, qui bellantes inter se Deos finxit, cum alii Troiam capi vellent, alii repugnarent? maiore fides adhibenda est Diadomaculo, qui Deorum procreationem, et interitum, ac multipliciter describit, et persuadet? Mendaces utique sunt, et mendacium locuti, quod et vos creditis, veritatem autem, quam Deus per amicos suos prophetas, et os Domini in terris pronuntiavit, spernitis. Quid enim magis naturae repugnans, quam Deus plures dari omnipotentes, eosque libidini vacare, parricidas celebrari, exules inferni posse, atque interemptos arbitrari? Haec, ut ex vestris dixit Cicero (lib. 2. de natura Deor.) et dicuntur, et creduntur stultissimi; at quod non credimus de Virginis conceptu, et partu singulari, ab ipsa Sapientia propositum est, et sapienter evulgatum, et creditum. Quandoquidem, ut arbores germinant absque sui fractione; servata duritie, et integritate marmor aquam desudat; ignem silex transmittit infractus; extra produci speculum fulgentem splendorem, cum desuper sol illud irradiat; immo et sol nubem oppositam splendorem reddit, non dissoluta, sed illustrata potius nube; ita fieri posse crede, o philosopho, Verbum assumpta carne in utero Virginis, de Virginis utero, illaeso claustrum prodidisse: *Humano usu, ait d. Leo (ser. 2. de Nativitate Domini), quod credimus, carere; sed divina potestate subnicum est, quod Virgo conceperit, quod Virgo pepererit, et quod Virgo manserit.* Non hic cogitetur parentis conditio, sed nascentis arbitrium, qui sic homo natus est, quia volebat, et poterat.

Summi est potestas omnis, et gloria Dei,

dixit Aeschylus apud Iustinum mart. (lib. de Monarchia), et apud Athenagoram (oratione ad gentes) Sophocles cecinit:

Unam profecto nomen, unns est Deus.
Qui condidit coelum, et solum terrae parens.

Ergo qui omnia fecit, cuique cuncta parent, potuit carnem in Virgine assumere, et ea virginitate servata concipi et nasci. Modus autem quae haec gesta sunt, ait Macharius ad phillosophos in concilio Nicaeno (lib. 2), *omnis creaturae rationalis cogitationem transcendit.* Miraculum namque Dei est fugiens rationem. Tandem Theodotus Ancyrae episcopus (or. de Nat. Salvatoris in concilio Ephesi 1. to. 6. app. 5 c. 2) ait: *Quare Gentiles, qui fabulosa contra rationem, et omni ex parte impossibilia admittunt, excusationem non habebunt de peccato suo, quod non crederint, quae tantum supra rationem sunt, possi-*

bilia tamen omnipotenti, qui dixit, et facta sunt; qui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA IV.

Virginitatem Deiparae cum foecunditate coniunctam, ex locis sacrae Scripturae, et ex similitudine apertur.

Multa quidem comitabantur integerrimam Deiparae virginitatem, quae velut quibusdam pyropis mirum in modum illam exornabant, profunda humilitas, taciturnitas, clausura, modestia, verecundia, et aliae similes virtutes, quae propria sunt virginum monilia; illud tamen, utpote singularissimum, prodigiosum, et usquam audium, celeberrimum, et splendidissimum illam reddidit, quod foecunditatem comitem habuerit: unde vix secreti potest in Deipara Maria virginitas, et foecunditas, adeo virginitas foecunda, et foecunditas virginea esse perhibetur: quod significare volens Maria, dixit per Ecclesiasticum (c. 24): *Flores mei fructus honoris, et honestatis.* Certe in arboribus diversi sunt flores a fructibus, hi enim nascuntur ab illis, et istis exortis decidunt illi: cum igitur flores non sint fructus, sed quidpiam ab illis distinctum, non potest revera mysterio vacare, quod b. Virgo flores suos dicat esse fructus: *Flores mei fructus honoris, et honestatis.* Ego sane arbitror, illud ibi latere, quod voluit significare, virginitatem suam esse foecundam, non sterilem instar ceterarum virginum, et ideo flores suos virginitatem eius designantes, dixit esse fructus, quod constat esse foecunditatis non obscure argumentum: aderat ergo simul in Maria flos virginicae pudicitiae, et fructus naturae foecunditatis. Existimo autem consilio addidisse Deiparam, honoris, et honestatis, ut significaret fructum benedictum ventris sui, cum ex eo per nativitatem erupit, virginis honorem, et honestatem minime laesisse: ac tandem censeo, notanter beatam Virginem vocasse in plurali virginitatem suam flores, et partum eius fructus, quia virginitas Mariae, ut quae prima religioso voli cultu Deo fuerit oblata, origo reliquarum fuerit, quae in tot virginibus effulgunt: unde licet in se sit unicus, et singularis flos, plures tamen exiit in virtute; et similiter, quia Christus futurus erat radix fructuum innumerabilium, hoc est, innumerorum fere praedestinatorum, qui fructus sunt sanguinis Christi Iesu, ideo merito Deipara non in singulari, sed in plurali vocavit filium suum fructus, non fructum: in quo etiam sensu mihi loquuta videtur, cum dixit (Ecc. 24): *Et a generationibus meis adimplemini: unam solum habuit generationem, et plures illas vocat, quia spiritu prophetico agnoscebat, initium illam unam fore pene infinitarum spiritualium regenerationum, quibus pene infiniti lavacro baptismatis in filios Dei erant regenerandi, et renascendi.* Ad idem etiam mysterium virginitatis, et foecunditatis manifestandum ipsa Virgo dixit (Cantic. 7): *Omnia poma nota,*

et cetera servavi tibi, dilecte mi: poma, et fructus veteres erant foecunditas, apud veterem legem in magno pretio habita; poma vero nova, et novi fructus, sunt virginis, quae in nova lege gratiae mirum in modum aestimatur: utraque tamen haec poma affirmat Maria servasse dilecto suo, quia virginitatem colens, et illam involuntam semper conservans, tam singulari foecunditate fuit divinitus praedita, ut non minus, quam Deum, et hominem virgo manens, conciperet, et pareret.

Perplura quidem in naturalium rerum ordine in superioribus dixi foecundam Mariae virginitatem delineasse, inter quae ob mirabilem sympathiam cum Virgine, apud exemplum mihi valde aridet, quod proinde hoc loco proseguendum duxi. Salomon (Eccles. 11): *Brevis in volatibus est avis, et initium dulcoris habet fructus eius: quae verba mirifice conveniunt in Mariam, fuit enim brevis, hoc est exigua per humilitatem: Ecco Anella Domini, et Christus Dominus fructus uteri eius initium fuit, et, et erit, ac fons perennialis omnis suavitatis, et dulcedinis animam tam in hac vita, quam in futura iucundantis; unde ubi nostra vulgata legit: *Initium dulcoris habet fructus eius:* eruditus interpres Vatavibus vertit: *Fructus eius origo dulcoris:* quod et significantius expressit versus LXX. Interpretum, dum legit, et *incipit dulcorum fructus eius:* sicut autem nulli prius dulcis, et gratus est favius, quam ipsi api, ita nulli prius dulcis exiit fructus beatae Virginis, quam ipsi, cum e materno utero, venit exurgente gemma, insere arboris fructus erumpens, non solum dolorem parturientium intulit, sed singulari animi laetitia cum perfudit: unde Isaia in praevidentis dixit (c. 40): *Transiit in pace, senita in pedibus eius non apparebit:* alii filii enim e materno utero egrediuntur, non transeunt in pace, sed in dolore parturientium, iuxta illud (Gen. 3): *In dolore paries filios tuos;* at Christus Dominus transiit in pace matris, hoc est absque ullo eius dolore, igitur integra violata manente virginea eius integritate, alioquin a dolore non fuisset immunis, quod violato dolore pariat propter divisionem illarum partium. Atque ad hoc mysterium significantum dum putat Innocentius (super Psal. 21) Davidem dixisse in persona Christi: *Tu es, qui extraxisti me de ventre, spes mea ab uberibus matris meae: sic enim loquitur: Per ista verba Christus commendat duo, scilicet naturam integritatem, et suam cum Verbo hypostaticam unitatem. Ubi nota, quod aliqua sunt, quae Deus facit se solo, sicut est animae creatio; aliqua facit, sed mediante creatura, ut quod vivum nascatur in vite. Unde quod homo nascatur de muliere, est opus naturae, quia Deus illud facit mediante natura; quod autem quis nascatur de virgine, non est opus naturae, sed solius divinitatis potentiae. Ad ostendendum ergo, quod non modo naturali Christus natus est, sed supra naturam, quia salvo virginitatis sigillo, hoc suae natiuitatis soli Deo attribuit. Haec Incongniti expositio, etsi a quibusdam mordaciter, immerito tamen, quia praeter Tietlmannum, Fuschium, et patriarcham Aquilensem, et Agellium insignem psalmodum interpretem,**

sancus etiam Theodoretus illam amplectitur (in commentario huius loci), qui omnes docent Davidem voluisse osendere Christum Dominum, non iuxta naturae ordinem, ac ceterorum animalium, quae ex mari, et foemina generantur, ortum fuisse, nec alium patrem, quam coelestem habuisse, ex quo inferit in sequentibus verbis: *spes mea ab uberibus matris meae, quasi diceret: quemadmodum nullum alium generationis meae patrem praeter te habui, ita non alius praeter te sola spes mea est: ipse etiam Agellius pro eadem expositione haec duo egregia, ac valde notanda testimonia adducit: primum est Eusebii (ex insign. lib. 10. de evang. demonstr.): Sicut mihi, inquit, auxilio fuisti, cum corpus humanum suscepissem: et ex ipso, qui me gestabat, utero, tu ipse Deus meus, et pater meus, tanquam obstetricis munere functus, carnem sancti Spiritus opera compactam extraxisti, tuumque potentiam interposuisti, ne adversariae potestates, et nequam spiritus insidias, aut fraudibus suis, meo ad homines adventu incidentes se opponerent. Secundum affert ex ipsius expositione in psal. Ostendit, inquit, non secundum naturam, neque, ut ceteri homines, et reliqua animalia, quae ex mare, et foemina gignuntur, ad eundem quoque modum eius generationem esse perfectam, sed amplius quidem in ea fuisse praeter usitatum ordinem, cursuque naturae. Hanc eandem exposuit d. Augustinus refert (epist. 120. ad Honor.), ita enim ait: Tu extraxisti me de ventre, si ad ipsum Iesum de Virgine procreatum refertur, quasi alios Deus non extrahat, in cuius providentia est hic ordo nascendi? an inde significare voluit, partum Virginis, servata Virginis integritate mirabilis, cum ait: Tu extraxisti me de ventre: quod illic mirabiliter factum est, cum Deus fecisse dicitur, nemini incredibile videatur? haec Aug. Germanus igitur, ut paucis dicam, sensus illorum verborum est: Obstetricante manu tua, o Deus, extractus sum ex utero matris praeter consuetum modum, usumque parientis, cum virgo peperit, et post partum virgo permanet. Verum praeter haec, illa apud omnibus notissima conditio, hoc mirabile mysterium luculenter delineat, d. Ambrosio (l. 1. de virg.) dicente: Digna virginitas, quae apibus comparatur, sic pudica, sic continens, rore pascentur, nescit concubitus, sic beata Virgo nesciens virum, coelestem forem Verbi divini utero suo recipiens, Spiritu sancto illum obumbrante, Christum admirabilis adeo, ac singulari modo concepit, ut merito divus Bernardus ad instar phaeniceis quae unica est, Mariam describens diceret: Unum est, in quo nec primam similem visa est, nec habere sequentem; gaudia matris habens cum virginitalis honore. Mariae privilegium est, non dabitur alteri; singularis est, sed continuo etiam indicibile incrementum. Gregorius tamen Nysenus (in orat. de Christi Nativitate) se continere non potuit, quin ad tantae novitatis contemplationem admirandus diceret: O miraculum ingens, Virgo mater fit, et virgo permanet; vides opus novum naturae. In aliis foeminis, quamdiu virgo aliqua est, mater non est: postquam enim mater facta fuerit, virginitalum non habet; hic vero duo illa nomina simul concurrunt:*

eandem enim et mater, et virgo est; at neque virginitas partum prohibuit, neque partus virginitalum solvit. Sicut autem apud dulcem favum conficit ex melle, et cera compactum, ita et b. Virgo melle divinitatis, et cera humanitatis Christum instar mellifluis favi compactum in quodam uteri sui mirifice elaboravit: ad quod alludens Hugo Victorinus (serm. de Assumpt. Mar.) pertractans illa verba (Gen. 1. Et odor vestimentorum tuorum, quibus adtingit et illa alia: Odor unguentorum tuorum, et lac et mel sub lingua tua: docet tria hic commendari in b. Virgine, labia, linguam, unguenta: in labiis osculum, in lingua eloquium, in unguentis odorem, ita ut tota Trinitas veniat ad Virginem, quae susceperat in labiis ab ore Patris osculum: in utero Patris verbum; et in unguentis Patris, et Verbi Spiritus: Favus, inquit Hugo, mel, et cera habet: mel divinitas est, cera humanitas: Favus Verbum caro factum est in Virgine, ac si Deus dicit: Ego expertus sum quod laudo, fucus distillans labia tua. Ego devinctus tibi charitate, osculo oris mei labia tua pressi, simulque dulcedinem vere expressi. Valde expressi dulcedinem, et vere expressi suavitatem, quando meum tu in te sociavi, et per tuum a te cum meo pariter, et tuo exivi. Ad haec pene innumera alia reperio, quibus, si credimus divo Isidoro, divo Ambrosio, Avicennae, Aristoteli, Plinio, Berchorio, Mariae apud persimilissimae esse perhibetur. Si apes secundum ethymologiam d. I. sidori (lib. 12.) interpretatur sine pedibus, quia re vera cum nascitur, illis caret; certe Maria ita clausurae custodem se exhibuit, ac si pedibus careret: quod si ad Elisabetham visitandam proficiscitur, apes alas assumit, ut innumeri Evangelistae verba: In montana cum fessatione, ne, ut denotavit d. Ambrosius, extra domum dei in publico versaretur. Si apes sollicitae sunt in aedificando domum regi suo, ut tradit Aristoteles; Maria adeo soluta fuit in fabricanda Christi Domini humanitate, quae propria domus erat Verbi divini in ea corporaliter inhabitantis, ut Spiritus sancti virtute cooperante, absque illa temporis mora in solo unio eius momento illam efformaverit, ut communis docet theologorum sententia. Si apum, secundum Plinium, per tres ante dies egressus ab alveario strepitu, et clamore praedictur, ac divulgatur; etiam Christi ortus, et exitus ex virginei thalami alveario praedictus fuit in triplici lege, per triam diem significata, scilicet in lege naturae, gratiae, et scripturae. Et quemadmodum rex apum, cum egressus multis apibus cum stipantibus faras prodiit, ita nascente Christo (Luc. 2): Subito facta est cum angelo multitudo militiae coelestis laudantium Deum. Si apes, quando rex non potest volare, ut idem tradit Aristoteles, ipsum illum gestant; Maria, quando Christus Rex regum in infantia sua ambulare nequibat, ipsa brachiis suis illum ferebat, adeo ut usque ad Aegyptum hoc modo illum portaret. Si apes, quocumque pergit rex, sequuntur illum quasi ad nutum ei obsequentes, ut narrat Plinius; certe Maria non solum per imitationem Christum sequuta est, sed fere semper quo

cumque ibat, illum usque ad mortem comitata est, iuxta illud Iohannis (c. 19): Stabat iuxta crucem Iesu mater eius. Si apes, ut affirmat Berchorius, rege suo perdit, contristanter, et hac, et illac illum quaerentes vagantur, donec eum inventiant; Maria Christo Domino, cum esset duodecim annorum, perdit, vehementer doluit, et per varia loca circumcursans non cessavit, donec invenit quem diligebat anima eius. Si apes, ut advertit Aristoteles, et ad sensum patet, posteriores pedes anterioribus longiores habent; ita primi affectus ad haec temporalia, sine quibus vita transigi non potest, per anteriores pedes significati, quia, ut ait Apostolus (1. Corint. 15): Prius quod animale est, tepidi erant in Maria, et quasi emortui, affectus vero spirituales, per posteriores pedes denotati, ipso Apostolo ibidem dicente: Deinde, quod spirituale est, ferventissimi fuerunt, et frequentissimi, iuxta illud Iob (cap. 8): Priora tua fuerint parva, et novissima tua multiplicentur. Si apes cum nocte adveniente compelluntur extra alvearium in rure manere, excubant facie conversus versus coelum, ut tradit Plinius; certe Maria cum dormiebat versa facie in Deum per mentis contemplationem somnum ducebat, ut ipsa de se testatur (Cant. 5): Ego dormio, et cor meum vigilat. Si apes vaticinantur, auctore Plinio, futuros imbres, et procellosos ventos; Maria etiam vaticinata fuit copiosus imbres, ac venturam procellam, quibus Hebraei dissipandi erant, dum prophetans dixit (Luc. 1): Dispersit superbos mente cordis sui: deposuit potentes de sede. Ac tandem, ut ad id iude nonnihil digressi sumus, revertamur, si apes nunquam sunt otiosae, quaedam enim invigilant circa victum, aliae cellulas quadras, aliae rotundas conficiunt, aliae mella componant, aliae futuros imbres explorant, aliae speculatorum instar, inimicorum animalium in alvearium incursum praecavent, unde Salomon dixit, ut ex graeco quaedam adducit Glossa (super c. 33. Num.): Vade ad apum, et discite, quam sit operosa, quamque seriam operationem exerceat, cuius labores, et reges, et idiolae ad sanitatem assumunt; non secus b. Virgo ita otiositatem virginitalis inimicam odio habuit, ut saltem mente ab operatione nunquam vacaret, ad quod significandum d. Ambrosius (lib. 2. de Virg.) de illa dixit: Legenti studiosior, intentia operi. Quod si dormiendo, ut nuper dicebam, otiosa non erat, sed contemplationi vacabat; qui fieri potest, ut vigilans a suavi dilecti contemplatione, et ardenti amore cessaret? quod si apes serenum aërem valde diligunt, quia tunc plus roris inveniunt; Maria serenitatem conscientiae adeo adamasse constat, ut serenissima Maria ab omnibus appelleretur, sicut Imperatorum uxores vocitari consueverit, ut habetur (in l. 1. c. nemini licere); atque haec serenitas maxime illam inibat ad divinas laudes alacris decantandas: nam, ut Ovidius (l. 1. Trist.) cecinit:

Carmina proveniunt animo deducta sereno.

Ac tandem si apes est animal bellicosum, ut testatur Isaias dicens (c. 7), Deum vocalit CARTHAGENA DE B. M. V.—Vol. I.

rum fore apem, ut regem Achaz, et populum suum devastaret, quod constat etiam ex illo Deuteronomio (c. 1): Amorrhaeus persequutus est vos, sicut solent apes persequi: suis enim punctibus aculeis vehementem dolorem inculcunt, et sanguinem extrahunt; ita etiam b. Virgo non solum instar bellicosae apis, sed tanquam acies castrorum ordinata, aculeo suae potentiae antiquum serpentem adeo exculeavit, ut et caput eius contereret, iuxta divinum elogium (Gen. 3): Ipsa conteret caput tuum. Hinc discant oportet virgines bellatrices fieri adversus suae virginitalis impugnatores, hoc enim genis bellandi multo illustriores, et gloriores illas reddet, quam si ingentes provincias expugnassent: unde eleganter Horatius:

Latius regnes avidum domando Spiritum, quam si Lybiam remotis Gadihus imgas, et terque Poenus Serviat uni.

Et Boetius (de consol. philos. lib. 3. metro. 5) in eandem sententiam consensiens haec praecitura dixit:

Qui volat esse potentem, Animos domet ille feroces. Nec vieta libidine colla Foedus submittat habenis.

Certe in hoc genere pro tuenda virginitate bellandi non possum non valde mirari sedulam curam, ac invictam fortitudinem, quae quondam gentiles quaedam foeminae mirifice effulserunt, quae in unum illa eleganter concinnavit divus Hieronymus, ut moleste non feram hic ascribere egregia, ac insigni eruditione plena eius verba: Referunt Atlantham, ait d. Hieronymus in vita Pauli eremitae, Callidonianam virginem semper in venatibus, semper in sylvis, non tumentes uteros foeminarum, fastidiosa conceptum, sed expeditum, et castam amasse virtutem. Quod referam Sibyllas, Erythraeam, atque Cumanam, et oculo reliquas, quarum insigne virginitas, et virginitalis praemium divinitus? Sacerdos Vestae Minutia propter suspicionem stupri extra defossa est, iniusta, ut reor, poena, nisi grande crimen putaretur laesa virginitas. Certe romanus populus quanto honore virgines semper habuerit, hinc apparet, quod consules, et imperatores, et in curribus triumphantes, qui de superatis gentibus trophaea referbant, et omnis dignitatis gradus eisdem via cedere solitis sit. Claudia virgo restalis, cum in suspicionem venisset stupri, et simulacrum matris Idaeae in vado Tyberis haereret ad comprobandum pudicitiam suam, referret cingulo duaxisse naxem, quam multa milia hominum trahere nequeverant. Nec mirum hoc de hominibus, cum Minervam quoque, et Dianam, virgines deas faceret erit Gentilium, et inter duodecim signa coeli, quibus mundum volvi putant, virginem collocavit. Tringina Atheniensium tyranni cum Phidone in convivio necassent, filias eius virgines ad se venire iusserunt, et scortorum more mudari, ac desuper pavimenta patris sanguine crentata, impudicis

gestibus ludere. Quae paupis dissimulato doloris habitu, cum temulentos concitus cernerent, quasi ad requisita naturae egredientes, invicem se complectens praecipitaverunt in puteum, ut virginitatem morte servarent. Demolitionis Aropagitarum principis virgo filia, aucto sponsi Leosthenis interitu, qui bellum Lamiacum contarat, se interfecit, asserens, quamquam intacta esset corpore, tamen si alterum accipere cogeretur, quasi secundum acciperet, cum priori mente nupsisset. Spartiatae, et Messeni diu inter se habuerunt amicitias, in tantum, ut ob quaedam sacra etiam virgines ad se mutuo mitterent. Quodam igitur tempore cum quinquaginta ipsas virgines Laedaemoniarum Messeni violare tentasset, de tanto numero ad stuprum nulla consentit, sed omnes libentissime pro pudicitia occubuerunt. Aristoclesides Horcometi tyrannus adamavit virginem Symphalidem, quae cum patre occiso ad templum Dianae confugisset, et simulacrum eius teneret, nec vi posset avelli, in eodem loco confossa est, ob cuius necem tanto omnis Arcadia dolore commota est, ut bellum publice sumeret, et necem virginis ulcisceretur. Quo ero laudandae sunt Scadaei filiae in Leuctris Boetiae, quae traditum est absente patre duos iuvenes praetercentes iure hospitii suscepisse, qui multum indulgentes vino, vim per noctem intulere virginibus, quae amissa pudicitia, volentes supervivere, natis concederunt vulneribus. Iustum est, et Loricidas virgines non tacere, quae cum Ilium mitterentur ex more per annos circiter mille, nulla obcaecata rumoris, et pollutae virginitatis ullam fabulam dedit. Quis valeat silentio praeterire septem Milesias virgines, quae Gallorum impetu cuncta castante, ne quid indecens ab hostibus sustinerent, turpitudinem morte fugerunt? exemplum sui cunctis virginibus relinquentes, honestis moribus magis pudicitiam curae esse, quam vitam. Nichanor victis Thebanis, atque subversis, virginis unius captivae amore superatus est, cuius coniugium capiens, et voluntarios amplexus, quos scilicet captiva optare debuerat, sensit pudicis mentibus plus virginitatem esse, quam regnum, et interfectam propria manu flens, et lugens amator tenuit. Narrant scriptores graeci, et aliam Thebanam virginem, quam hostis Macedo corruerat, dissimulasse paupisper dolorem, et violatorem virginitatis suae iugulasse postea dormientem, seque interfecisse gladio, ut nec vivere poterit post perditam castitatem, nec ante mori, quam sui ultrix existeret. Sed et Timaeus scribit Pythagorae virginem filiam choro virginum profuisse, et castitatis eas insituisse doctrinis. Deo ergo immortalis virginitatis custodi, et auctori sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA V.

Rationes variae proponuntur, quibus non obscure probatur, decessisse Deiparam Mariam non aliter quam involiata eius virginitate Christum Dominum conceptisse, et peperisse.

Pergo iam integerrimam Deiparae virginitatem variis rationibus comprobare, non quidem evidentibus, cum mysterium fidei sit adeo reconditum et obstrusum, non aliter quam per speculum in aenigmate caliginosae revelationis videatur: unde d. Bernardus (serm. 3, in virg. Nativit.) inter tria fidei difficillima sacramenta illud adnumeraverat dicens: *Tria opera fecit omnipotens illa maestas in assumptione carnis nostrae, ita singulariter mirabilia, et mirabiliter singularia, ut alia nec facta sint, nec facienda sint amplius super terram. Coniuncta quippe sunt ad invicem Deus, et homo, mater, et virgo, fides, et cor humanum: his duobus fidem accommodavi, quomodo credi potuit quod Deus homo esset, et quod virgo mater, quae peperisset. Hinc d. Ambrosius (lib. de institutione virg. cap. 5.) dixit: Virginitatem puritatis est miraculum, quam mortuum reviviscere: et Sophron. in synodico, inter ea quae in sexto Constantinopolitano concilio laudem publicam meruerunt, Mariam post partum inlemeratam virginem permansisse narrat. Quid multa? merito enigma inextinguibile videri potest talem reperiri creaturam, quae vicissim de sua carne auctorem, patremque suum generet, non ab alio, quam quem peperit, fecundata, et quae eidem simul, et filia, et sponsa, et mater existat. Ulemur tamen adeo congruentibus argumentis, ut nemo sanae mentis diffidit possit, decessisse valde, ut Verbum divinum non nisi ex matre virgine temporalem ortum habuerit. Primam ergo congruentiam rationem desumo ex gravissimis verbis concilii Ephesini, ubi dicitur: *Quae parit carnem puram, a virginitate cessat; sed quia natum est in carne Verbum, Deus custodit virginitatem, se ipsum ostendens per hoc Verbum. In eo autem id ostendit, quia sicut Verbum divinum generatur a Patre absque aliqua divini intellectus, seu potentiae generativae corruptione, ita idem Verbum carni indatum ex matre, involiata manente virginis claustris sigillo, processit: ut enim dixit Theodoretus Ancyrae episcopus, et habetur in eodem concilio Ephesino: *Nec nostrum verbum cum pari, corrumpit mentem, neque Deus Verbum substantialiter partem eligens peremit virginitatem: et d. Thomas, qui in exponendis Marianis arcana diligenter curam adhibuit, alludens ad verba concilii Ephesini sapienter dixit (3. p. q. 18. ar. 1): *Hoc fuit conveniens proprietati ipsius filii, qui mittitur, qui quidem est Verbum Dei: Verbum autem absque omni corruptione cordis concipitur: quoniam cordis corruptio perfecti verbi conceptionem non patitur: quia ergo caro sic fuit a Verbo Dei assumpta, ut esset caro Verbi Dei, conveniens fuit, quod e-****

tiam ipsa sine corruptione matris conciperetur: unde d. Ignatius martyr (epist. ad Heron.) inquit: *Decet Creatorem non consueto, sed peregrino, et admirando uti partu, utpote omnium Opificem: quibus consonant, quae praecit. loc.) Theodoretus scripsit: *Si quod natum est, matris integritatem illaesam conservavit, apud recte ratiocinantes Deus esse utique cognoscetur. Ac tandem eleganter in huius confirmationem S. Maximus Taurinensis episcopus dixit (hom. 1. et 6. in nativ. Dom.): *Duas in Christo generationes legitimus, sed in utroque comprehensae divinitatis est virtus: ibi enim eum ex semetipso genuit Deus, hic cum Virgo Deo cooperante concepit; ibi sine initio, hic sine exemplo; illa ante hominem, ista supra hominem; illa incoagulabilis, ista mirabilis. Generationem ergo eius quis enarrabit? sed si narrari non potest, credi potest: si lingua deficit, fides proficit. Quid hoc est miraculi? secreto quodam, incomprehensioe conceptu procedit de mortali foemina divina progenies. Hodie nova foeminae sexus gloria peperit Virgo, et quod universa nobiscum creatura miratur, natus est homo non per hominem procreatus: nascitur Christus ex Maria, ut sexus foeminae hominem daret, et Deum proderet integritas virginis; haecque s. Maximus.***

Secunda ratio sit: quia nemo est tam indigni inops, qui inficiari possit, quod supposito immutabili Dei decreto, ut filius eius, quem ab aeterno genuit, in tempore conciperetur et nasceretur, decessisse conceptum et partum eius digniorem, ac priorum reliquis omnibus esse: ille autem dignior, et purior est, qui concipietur, et parientem non violat et corrumpit, sed integram relinquit; hoc igitur conceptionis et ortus genus habuit. Dei Filius, perennis puritatis fons: unde eleganter d. Chrysostomus (hom. 49. in Gen.) rationem hanc tangens dixit: *Ingressum omnium Domini digniorem esse oportet, quam nostrum. Regius enim fuit introitus: oportebat autem, et partum cum nostra natiuitate communicare, et partum alienum esse: et utraque haec fuerunt. Nam de utero prodire, commune habet nobiscum; absque nuptiis autem congressu nasci, supra nostram est natiuitatem. Naturale est conceptum fieri in utero, supra naturam humanam est absque commixtione esse praegnantem. Et propterea utraque habuit, ut et excellentiam, et communionem, quam habet tecum, discas; haec ille.*

Tertia ratio: quia cum Christus nunquam legatur damnus aliquod, dum vivit, alicui iniussisse, quin potius multis multa bona condonasse, ut dixit Petrus (Act. 10): *Qui pertransiit benefacendo, et sanando omnes; rationi consonum erat, ut dilectissimae matris suae integritati nullum prorsus detrimentum inferret, sed pertransiret potius uterum maternum benefacendo, non laedendo. Certe alii prophetae edificabant, et plantabant in agro Domini, prius tamen evehebant, et destruebant, iuxta illud (Ierem. 1): *Ut evellas, et destruas, aedifices, et plantes. Christus autem Dominus, qui (Isai. 5) vocatur: *Aedificator septium, non destructor, ingreditur mundum non evellens, et destruens in matre virginitatis sepe, et inexpugnabilem suae integritatis murum, sed illum potius***

mirabili suo ortu magis firmans, et stabiliens: quod pulchre videtur significare sponsus (Cant. 8) dicens: *Quid faciemus sorori nostrae, quando alloquenda est? scilicet ab angelo in anunciatione: Si murus est, aedificem super eum propugnacula: ac si dicat, licet murus virginitatis munita sit, propugnacula tamen immaculatae conceptionis, et mundissimi ortus cum corroboramento; sequentia etiam verba: Si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis, id ostendunt, cum cedrus eius naturae sit, ut nunquam putrescat, et ideo apud antiquos aeternitatis symbolum semper extitit, ut docet Petrus (c. 50): quare divinus sponsus Mariae virginitatem in aeternum duraturam non obscure ibi praedixit.*

Quartam rationem docuit me d. Anselmus (in lib. 2 eius titulus est, cur Deus homo), ubi tradit voluisse Christum ex virgine concipi, et nasci absque virili opera, ut hunc mirabilem, innsitatum, immo et inauditum nascenti modum suae subiaccere potestati ostenderet: verba d. Anselmi haec sunt: *Quatuor modis potest Deus facere hominem, videlicet, aut de viro, et foemina, sicut usus monstrat; aut nec de viro, nec de foemina, sicut creavit Adam; aut de viro sine foemina, sicut fecit Evam; aut de foemina sine viro, quod nondum fecerat. Ut igitur hunc quoque modum probet suae subiaccere potestati, et ad hoc ipsum opus delatum esse, nihil convenientius, quam ut de foemina sine viro assumat illum hominem, quem quaerimus. Utrum autem de virgine, vel non virgine dignus hoc fut, non est opus disputare, sed si ne omni dispensatione asserendum est, quia de virgine Deum et hominem nasci oportet; haec ille.*

Quinta ratio sit: quia decessat valde cum, qui legem de honorandis parentibus condiderat, ne, cum nasceretur, virginitatis honorem in matre minneret, sed potius argeret: quod sane praestitit Christus: nam cum in omni partu semper concurrat dolor parentis, et fletus nascentis, certe licet ipse fletus, et lacrymas in sua natiuitate non respuerit, iuxta illud (Sap. 7): *Primum vocem similem omnibus emisit plorans; in matris tamen partu dolorem non admisit, sed eam potius eximia laetitia perfudit, iuxta illud Isaiae (c. 35): *Germinans germinabit, scilicet Maria, et exultabit laetabunda: gloria Libani data est ei, decor Carmeli, et Saron: certe gloria haec Libani nulla est alia, quam illa, quam ipsa Virgo significavit dicens (Eccl. 24): *Ego quasi Libanus non incisus odorem evaporavi: ac si diceret: ego sine scissura claustrum virginis Christum peperit: alia foeminae, dum parient, foediores et sordidiores reddunt, partus autem Mariae ita pulchrum illum reddidit, ut decorem Carmeli, et Saron indidisse videretur.***

Sexta ratio: quia cum Christus conhostare, et suadere veniret inusitatum virginitatem, quae fere apud omnes in opprobrio erat, Moyse dicente (Deut. 6): *Maledicta sterilis, quae non parit;* oportebat ut iam ipse, quem mater eius virginitatem perpetuo coleret, ut sic quod poslea de virginitate evangelicis eunuchis praedicaturus erat, et facilius, et efficacius suade-

ret: ille enim perfectus censetur magister, qui coepit facere, et docere: veniens igitur ad docendam virginitalatem, non debet prius matris violare integritatem, quam facile illaescam custodiare poterat, sic enim fiebat ut tam filius, quam mater exemplum essent virginitalis, quod magno momenti erat ad illam religiose suadendam. Hinc Gregorius Nazianzenus (or. de laud. Basil.) dixit: *Christus ex virgine oritur, virginitalatem velut lata lege sanciens: non quod praecipio ad virginitalatem compulerit, sed quia efficax exempli vi ad illam sectandam trahat. Ad idem etiam tendunt verba Ioannis Damasceni (l. 4. f. dei c. 25) dicentis: Christus virginitalis decus, et ornamentum est, ut qui non modo ex patre citra congressum genitus sit, sed etiam cornem ex virgine sine virili congressu assumpsit: ipseque omnibus numeris absolutam virginitalatem in se ipso ostenderit: unde merito d. Ambrosius (lib. de inst. virg. cap. 5), Christum virginitalitatem ducem, Mariam vero virginitalis vexilliferam appellavit: cuius sane vexillum militariae sequitur coelestis virginum exercitus, eodem Ambrosio dicente (l. 1. d. virg.): Haec est coelestis illa militia, quam laudantium exercitus angelorum promittebat in terris, Lucae 2. Ac tandem Theodoretus (in fide Ilia. relig.) dixit: Christus Dominus honoravit virginitalatem, ut qui natus sit ex virginitate, prout virginitalitatis germinavit, et hos suavolentes, et qui non marcescunt flores, offert Creatori. Accedunt his egregia d. Gregorii Nazianzenus carmina:*

Ante quidem umbroso in paucis splendore micabat,
Dum lex iura daret terris, et in orbe vigeret.
Exiguus spectanda notis.
At postquam Christus, per castae viscera matris
Absque patre, et taedis vitae progressus in auras,
Lustravit muliebri genere, tum denique nostro
Virginibus generi praeclearo lumine fulsit.
Connubium tantum exsuperans, et vincula vitae,
Quantum solius carni praestat, convexusque coeli
Regia tellurem superant, quantoque fugaci
Illud in aeternum durans praestantius aeternum est.

Septima ratio: Christi liberalitati, et munificentiae in remunerandis hospitibus, a quibus recipiebatur, innititur. Domum Zacchaei ingressus ore dixit, et opere complevit (Lucae 7): *Hodie salus domui huic facta est: ingressus domum Marthae, et Mariae ad illarum preces Lazarum mortuum earum fratrem ad vitam revocavit; ac tandem sepulcrum, in quo per triduum iacuit, quasi ei hospitium persolvens, adeo illustravit, ut de illo Isaias (c. 53) praediceret: Et erit sepulcrum eius gloriosum. Et quidem si hominis grati illud ingenium est, ut beneficium receptum, quoad possit, rependat, ut vidimus in Elia, qui Sareptanae viduae placentalium sibi datam adeo liberaliter persolvit, ut per multos dies tempore ingruentis famis, nec farina de hydra deficeret, nec lecythus olei minueretur, ut sacra Regum narrat historia. Elisaeus etiam cum frequenter hospilio reciperetur a quadam pia foemina, gratum adeo se illi exhibuit, ut omnia debita illius eruditioribus solveret, et filium suscitaret. Cum igitur beata Virgo speciali illo virginei uteri suo hospio per integros novem menses*

Christum Dominum suscepisset, summaque sit Christi erga benefactores suos gratitudo, consequens est sacram illam domum non violasse, nec permisisse ad introitum, aut egressum illius iacturam aliquam pati: unde d. Ildephonsus (lib. de perp. virg. et part. Mar.) dixit: *Oportuit, ut primam Genitricis integritatem nascenti incorruptio custodiret, et complacitum claustrum pudens sanctitatis hospitium virtus divini Spiritus infusa servaret. Consonant his, quae d. Chrysologus (serm. 141) eleganter scripsit: Qui ingreditur, et egreditur, et introitus sui, et exitus nulla vestigia relinquit, divinus habitator est, non humanus: et qui conceptus suo virginem servat, et ortu suo relinquit virginem, non terrenus homo est, sed coelestis. Necessitas certe est dicere, Christum Dominum post egressum ex matris utero, factam virginei claustrum iacturam divina virtute postea reparasse: nam qui eadem facilitate poterat integram illam servare, superfluum sane fuisset illam ortu suo violare, quam confestim redintegrare volebat. Unde cum mirabilis sit, b. Petro Damiano (ep. 4. c. 10) id attestante, et valde praecellentius virginem incorruptam manere post partum, quam corruptam ad virginale decus redire post lapsum, quia et maius est quantitas clausis ianuis ingredi, quam eas, quae patenter, iniquas claudere; rationi consonum est, ut id quod perfectius ab omnibus putatur, filium matri suae praestitisse putemus.*

Octava ratio sit: quia cum primus Adam de terra terrenus typpum gesserit secundi Adam de coelo coelestis, ut verbis Pauli (1. Corin. 15) utar, oportuit, ut sicut ille ex terra virginea nullius culturae subiecta procreatus fuit, ita etiam Christus ex utero virgineo, et matris intacta nasceretur: quam rationem his verbis illustravit Ambrosius (serm. 39): *Adam de terra virgine natus est, et Christus de Maria virgine procreatus; illius maternum solum necdum visum fuerat, istius maternum secretum nunquam conceptivitate violatum: Adam Dei manibus plasmatur e limo, Christus Dei spiritu formatur in utero. Uterque ergo oritur sine patre, uterque virgine oritur matre: in eandem rationem referri alia, quam assignat Augustinus (serm. 14. de Natte. Christ.), ut sicut in coelo Christus habebat patrem incorruptibilem, sic in terra haberet matrem omni corruptione carentem.*

Nona ratio, et valde singularis, traditur ab Augustino (lib. de sancta virg. c. 6), ubi ait: *Oportebat caput nostrum ex virgine nasci, ut significaret membra sua de virgine Ecclesia secundum Spiritum sanctum nascitura: Ecclesia enim, cuius filii sunt catholici, immaculata est ex concubitu, foecunda partu, virgo perpetua, concipit non a viro, sed Spiritu; parit non dolore, sed gaudio; nutrit non uberibus corporis, sed lacte doctoris, ut verbis eiusdem Augustini (serm. 6. in nat. Domini) utar.*

Decima tandem ratio sit, decessisse Christum Dominum ex matre virgine oriri, ut etiam ex vi conceptionis peccato originali careret: nam vulgaris modus humanae conceptionis hoc genus peccati parit, conceptio vero ex sola Virgine absque virili opera omnis peccati expertus est, et consequenter Christi conceptio non po-

luit esse immaculata, quae ex virgine fuit a Spiritu sancto umbra. Unde d. Augustinus inquit (in Enchirid. c. 41): *Nulla voluptate carnalis concupiscentiae seminatus, sive conceptus est Christus, et ideo nullum peccatum originalliter contrahens: et (lib. 13. de Trinit. cap. 18): Non interfuit concupiscentiae carnalis, per quam seminatur, et concipiuntur ceteri, qui trahunt originale peccatum, sed ea penitus remotissima; credendo, non concumbendo, sancta est foecundata virginitas, ut illud quod nascebatur, sive propagine primi hominis, tantummodo generis, non etiam criminis originem duceret: cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.*

HOMILIA VI.

Ex divinis oraculis aggredimur iam probare perpetuum Deiparae Mariae virginitalitatem. Exordimur autem a tribus valde memorandis. Primum est: Inimicitias ponam inter te, et mulierem, et inter semen tuum, et semen illius: Secundum: Mulier, si suscepto semine pepererit masculum: Tertium: Viam viri in adolescentula.

Quamquam haeretici Ebionitae, primi, et praecipui Marianae virginitalis hostes, in dominico agro instar pessimae zizaniae pullulantes, ut auctor est Tertullianus (de carne Christi), et tamquam ex serpentino semine procreati novae Evae calcaneo insidiantes, diligenter adeo, ac celeres illius impugnatorese exhibuerunt, ut ab incanabulis ipsius Ecclesiae catholicae acerrime illam insectarentur, ut testis etiam omni exceptione maior extat percellens martyr Ignatius, qui Apostolorum vidit aetatem, et illius ecclesiae ceramina expertus est: hic certe non semel de impiis haereticis conqueritur, quod Mariae virginitalatem proscindere tentarent: Partum, inquit (in ep. ad Traianos), *Virginis calumniantur; diligentior tamen, et multo solitior exitus Dei providentia, virginitalitatis futurae matris suae a primordiis creationis mundi, singulari oraculo stabilis, quom illam velut scuto praemunitam haereticorum illam laedere nequirent: unde egregie ad id respiciens Leo Papa (serm. 2. de Nativit. Dom.) dixit: Deus omnipotens, et clemens statim ut nos diabolica malignitas veneno suae mortificavit invidiae, praedestinata renovandis mortalibus suae pietatis remedia inter ipsa mundi primordia praesignavit. Primo enim cap. Gen. affatus Dominus seductorem serpentem verba illa dixit: Inimicitias ponam inter te, et mulierem, et semen tuum, et semen illius: in cuius loci expositione, licet quantum ad id variant doctores, quod quidam legunt ipse, seu ipsum, scilicet semen conteret caput tuum, ut d. Cyrillus (lib. 2. testim. adver. Iud. c. 9), Irenaeus (lib. 4. con. haeres. c. 78), Hieronymus (in qq. hebrae. in Gen.), Chrysologus (serm. 163), et Paraphrastes chaldaeus. Alii vero, ut Chrysostomus (hom. 17. in Gen.), Augustinus (lib. 12. de Gen. ad lit. c. 26. et lib. 2. de Gen. cont. Ma-*

nich.), Gregorius (lib. 1. Moral.), Ambrosius (lib. de fuga saeculi c. 7), Bernardus (hom. de laud. Virg. et ser. 2. super sym. magn.), Beda (in c. 3. Gen.), et Eucherius (lib. 2. in Gen. c. 29), vulgatum lectionem servantes legunt: *Ipsa conteret caput tuum; consentiunt tamen in eo, quod licet hoc, vel illo modo legas, hoc loco praedicitur Deiparae Mariae virginitas, cum de solo semine mulieris facta sit mentio: si enim illa ex virgine semine conceptura esset, non matris solius, sed viri praecipue semen diceretur eius filius, per quem ipsa caput serpentis contritura erat. Hinc eleganter Rupertus (l. 3. in Gen.) dixit: De quo semine haec dicuntur, nisi de uno qui est Christus? ipse namque solus ita semine mulieris est, ut non etiam viri semen sit. Consonant verba antiquissimi auctoris Serapionis apud Lippomanum (super cap. 3. Gen.), ubi ait: *Inimicitias ponam inter semen tuum, et semen illius: nonne clarum est pronuntiatum de Christo? quem sine semine peperit intemerata Virgo: singulari enim semine, non numero multitudinis, semina: hanc intelligentiam illustrat mirifice quod s. Cyprianus acute adnotavit dixisse Deum: Ponam inimicitias inter te, et mulierem, non vero pono, ne ad Evam pertinere videretur. Verbum ergo promissionis protulit, quod transmittitur in futura: Ponam, inquit, inimicitias inter te, et mulierem: id est, suscitabo mulierem, quae repudiata facilitate credendi, non solum te non audiat, sed ipso etiam Gabriele deferente verbum, rationem de promissionis exigat novitate, dicendo (Luc. 1): Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?**

Secundum testimonium ad probandum b. Virginem absque violatione suae integritatis Christum concepisse, celebre est apud Patres illud Levitici (c. 12): *Loputus est Dominus ad Moysen, dicens: Mulier, si suscepto semine pepererit masculum, immunda erit etc. et paulo inferius: Omne sanclum non tanget, nec ingredietur in sanctuarium, donec impleantur dies purificationis: quibus verbis divinus legislator excepti b. Virginem, quam sine suscepto semine, divino Spiritu auxilium, concepturam praecognoscebat, aliquo supervacuum fuisse dicere, Mulier, si suscepto semine, cum naturaliter nulla possit parere, nisi illud susceperit. Voluit igitur in ea lege Mariam excipere, quae paritura erant sine suscepto semine. Atque hanc esse germanam intelligentiam huius loci, hanc mihi praecipue suadet. Primum est, quod agnoscent hoc arcanum in his verbis latere omnes sancti Patres, et alii gravissimi doctores, Cyrillus Alexandrinus (lib. 8. in Levit.), Bernardus (ser. 3. de purif. Virg.), Ildephonsus (ser. 1. de pur. Mar.), Chrysostomus (orat. de occurr. Domini), Origenes (hom. 8. in Levit.), Euthymius (super Luc. c. 2), Eusebius (de purif. Mar.), Theophylactus (super c. 2. Luc.), Titus Bostromus episcopus (ibid.), Aymon, Guericus Abbas (ser. 1. de purif. Virg.), Laurentius Iustinianus (in eod. fest.), Beda (super c. 2. Luc.), Ericus (hom. de purif.), Paulus Burgensis (super c. 12. Levit.), Lyranus, Hugo Card. Rabanus (de Cler. inst. c. 3), Clarus (or. 21), Glossa ordinaria (in c. 21. Levit.), et alii innumeri illius*

loci Interpretes. Quia tamen omnium horum doctorum monumenta in medium producere molestum et inutile esse reor, pauca, selectiora tamen, contentus ero proferre. D. Cyrillus Alexandrinus (lib. 8. in Levit.) haec scripsit: Consideremus secundum historiam, si non videtur quasi ea superfluo additum: mulier quae suscepit semen, et pepererit masculum, sed non ea superfluo additur; ad discretionem namque illius, quae sine semine concepit, et peperit, istum sermonem pro ceteris mulieribus legislator adiecit. Subscripsit quoque d. Bernardus (ser. 3. in Purific. Mar.): Quis, inquit, non advertat ipso sententiae huius initio liberam matrem Domini ab hoc excepto? putas enim, quia dicens Moyses, mulierem, quae peperisset filium, immundam esse, non timuerit super matre Domini blasphemiam crimen incurere, et idcirco praemisit, si suscepto semine? alioquin, nisi parturam praecidisset sine semine virginem, quae necessitas erat de suscepto semine fieri mentionem? Patet itaque quod lex ista matrem Domini non includit, quae non suscepto semine filium peperit. Putas ergo non poterat moveri animus eius, et dicere: Quid mihi opus purificatione? cur abstineam ab ingressu templi, cuius uterus virum nesciens templum factus est Spiritus sancti? cur non ingrediar templum, quae peperit Dominum templi? nihil in hoc conceptu, nihil in partu impurum fuit, nihil illicitum, nihil purgandum, nimirum cum proles ista fons puritatis sit, et purgationem venerit facere delictorum. Brevius tamen Origenes (hom. 4. in Levit.) ad idem in hunc modum loquitur: Non de superfluo addidit legislator: Mulier, si concepit semen, et pepererit filium, sed exceptionem posuit, quae solum illam mulierem a reliquis mulieribus segregaret, cuius partus non exceptione seminis, sed ex praesentia Spiritus sancti, et virtute Altissimi fuerit: cum ergo omnes sancti Patres in hanc conspirent illius loci intelligentiam, et sacrum concilium Tridentinum praecipiat, nemini licere sacram Scripturam interpretari contra communem ss. Patrum expositionem, verba illius haec sunt (sess. 14): Ad coerenda petulantia ingenia prudentiae innixus in rebus fidei, et morum, ad adificationem doctrinae christianae pertinentium, sacram Scripturam ad suos sensus conforquens, contra eum sensum, quem tenuit et tenet sancta mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu, et interpretatione Scripturarum, aut etiam contra unanimum consensum Patrum, ipsam Scripturam sacram interpretari audeant, etiam si huiusmodi interpretationes nullo unquam tempore in lucem edendae forent. Qui contra fecerint, per Ordinarios declarantur, et poenis a iure statutis puniantur. Inde aperte efficitur praedictam expositionem verissimam esse, et absque gravi meritoria nota non posse ab omnibus non acceptari. Secundum id ipsum mihi probat, quod ex ipsa lege palam apprehenditur ob Marianae virginitalis mysterium conditionem illam fuisse appositam, cum solum adhibeatur in foemina pariente masculum: Mulier, inquit, si suscepto semine pepererit masculum; non vero in muliere pariente foemi-

nam, de qua postea dicitur: Si autem foemina pepererit. Cum enim non similiter dixit: Si autem suscepto semine foemina pepererit? nisi quia una tantum mulier futura erat, quae non suscepto semine masculum erat paritura, ad quam solum excipiendam fuit ea particula adhibenda? Atque hoc eodem modo LXX. Interpretes legem illam intellexerunt, sic enim verterunt: Mulier quaecumque, si seminata fuerit, hoc est, semen a viro receperit.

Tertium tandem, quod eandem adstruit expositionem, est, quod ea, quae ab Episcopo Abulensi (q. 2. super 12. cap. Levit.), Card. Caietano, Iansenio (in concord. Evang.), et Oleario (in 12. c. Levit.), qui ausi sunt illam labefactare, obiciuntur, parvi momenti sunt, et facile diluantur. Aium enim in primis, nullum mysterium latere in illis verbis, quia in eis non est sermo de semine, quod est principium generationis, sed de semine accepto pro prole seu foeta, ut accipitur (Genes. 3). Initiatias ponit inter te, et mulierem, et semen tuum, et semen illius; hebraeus enim textus sic habet: Mulier, si Tazriangh, idest, si semen fecerit; semen autem facere idem est, quod prolem generare: eodemque modo exponitur in Lexico Complutensi hebraeo legente: Mulier si seminaverit, idest, generaverit: neque lectio editionis vulgatae ab hac abhorret intelligentiam, cum saepe ipsa semen pro filio, et prole usurget, ut patet in verbis illis Genesis (c. 15): Mihi autem non dediti semen, idest, filium, et ex illis (lib. prim. Regum 2): Reddat tibi Dominus semen de muliere hac. Deinde hanc adhaeret rationem: quia si lex illa Levitici fuisse labi sub conditione propter Virginem, opus quidem erat, ut aliquid Virgini processet vel ad hoc, ut a Iudaeis crederetur absque virili semine concepisse, quod tamen e contra factum fuisse videmus, cum d. Lucas (c. 3) expresse dicat: Christum Dominum putatum fuisse filium Ioseph: vel certe, ut immunis esset a lege purificationis re ipsa implenda, quam tamen ex evangelica lectione constat implevisse instar aliarum parturientium; cum igitur ad neutrum istorum ei profuerit, videtur sane non fuisse additam illam particulam ad Mariam excipiendam. Verum prima istarum obiectionum ex eo facile evanescit, quod, ut adnotat hebraicae linguae perit, verbum significat serere, et seminare, ut et in verbis illis davidicis (Psal. 125): Qui seminant in lacrymis, in exultatione metent. Semen deinde non solum pro filio, sed etiam pro principio generationis accipitur, vuli (Gen. 1): Germinet terra herbas virentem, et facientem semen: quare optime vertitur vulgata: Mulier, si suscepto semine: et ita quoque legunt Galatinus (lib. 7. arcan. c. 14), et Adrianus Finus (lib. 2. flagell. cont. Iud. c. 3), linguae hebraicae peritissimi. Secunda etiam obiectio debilis est: quia Spiritus sanctus, qui fuit legislator, non intendebat per illam legem, ut illo tempore omnibus palam fieret in violatae Mariae virginitas, ut quod illa purificationis legem non impletet, sed ad postea labentibus annis, quando Iudaei, et haeretici Marianam integritatem impetere, celebre hoc

testimonium a catholicis eis obiceretur, quo vel sacram Scripturam negare, vel Mariae virginitalem profleri, nisi dementati sint, compellantur.

Tertium ac percelebre testimonium ad corroborandam catholicam veritatem de perpetua Deiparae virginitalate desumo ex verbis illis Salomonis (Prov. 30): Tria sunt mihi difficultia, et quartum penitus ignoro; viam aquilae in coelo, viam colubri super petram, viam navis in medio maris, viam viri in adolescentula. Scio LXX. praesertim in editione facta ex mandato Clem. VIII. legere, in adolescentia, sicut et Beda, immo et d. Hieronymus eam lectionem acceptat, et exponit (in commentario huius loci); necnon et d. Ambrosius (lib. 1. de Salom. et de ob. Valentia. imper.), ubi legit viam viri in iuventute, eaque lectio quandoque reperitur in aliquibus codicibus nostrae vulgatae: et qui habet lectionem sequuntur, ut Beda, et alii, vult scopum Salomonis esse, indicare instabilitatem vitae adolescentium, ad quod proponit tres illas vias aquilae in aere, etc. quarum nullam reliquitur vestigium, ut sic postea difficillimam cogniti constituit esse viam viri in adolescentia, quia via vitae illius volubilis, varia, et instabilis est, ac in diversa frequenter rapiunt, et per momenta mutatur, ita ut difficile sit apprehendere, quo tendat, cum instar quatuor illorum ventorum inter se pugnantium, quos vidit Daniel in mari, cogitationes variae pugnent in corde vagi, et liberi adolescentis, de quo poeta Lyricus (in arte Pect.) dixit:

Carens in vitium flecti, monitoribus asper,
littulum tardus provisor, prodigus aeris.
Sublimis, cupidisque et amata relinquere pernix.

Verum licet hanc expositionem minime improbemus, nonnullas tamen patitur difficultates, tum quia originale hebraeum habet: viam viri in Halma, idest, adolescentula abscondita, et incognita viro: unde d. Hieronymus (sup. c. 7. Isai.) inquit: Halma non solum puella vel virgo, sed cum epitasi, virgo abscondita dicitur, et secreta, quae nunquam virorum patuerit aspectibus, sed magna parentum diligentia custodita sit: lingua quoque puica, quae de Hebraeorum fontibus manare dicitur, proprie virgo Halma appellatur: et quantum cum mea pugno memoria, nunquam me arbitror Halma in muliere nupta legisse, sed in ea quae virgo est, ut non solum virgo sit, sed virgo iunioris aetatis, et in annis adolescentiae: potest enim fieri, ut virgo sit etiam. Nostra vulgata in multis codicibus, et paraphrast. chald. translulit: Viam viri in virgine, necnon Pagninus, Lyra, Isidorus, Clarus, Cardin. Caiet. et multi alii etiam existimant LXX. vertisse in adolescentula: librorum tamen incuria quidam ausi sunt dicere positam fuisse particulam illam, in adolescentia, qui error facile irrepisset potuit, nec enim illi, inquam, ignorare poterunt germanam significationem illius vocis Halma: tum quia idem Salomon superius repetit tres illas vias, quas sibi difficiles dixerat, ut sibi notissimas, ideoque illas in exemplum adducit ibi, ad oscen-

dendam vitae humanae instabilitatem: ergo ne dicatur Salomonem sibi contradicere, videtur, autem, dicendum tres illas vias, quas intellectus difficiles dixit, alia elevatiora, et abstrusiora mysteria significare, quam quae materialis aquilae volatus, colubri gressus, et transitus maris praeserunt: tum quia cum Salomon tanto sapientiae lumine fuerit illustratus, ut de eo sacra Scriptura dicat (3. Reg. 3): Deum dedisse illi cor sapiens usque adeo, ut nemo ante illum similis fuerit, nec post eum futurus est; non adeo verisimile est ea sibi difficultia fuisse, quae mediocri philosopho facilissima sunt. Vultit ergo Salomon iuxta hanc versionem ibi virgine partus mysterium nobis reserare, quod sane difficilissimum est cognitum, quam aquilae volatus, quam via navis in mari, et colubri semita super petram: haec enim omnia vere scindunt, et dividunt partes corporum, per quae transeunt; in transitu vero Christi Domini, quando per verum partum ex materno utero prodit, nulla virgine signaculi scissura facta est; et ideo nullum alienius divisionis vestigium in ea remansit, adeo ut si fingeretur, ipsam matrem negare se peperisse, non esset unde posset mendacii convinci, Invalque non parum hanc expositionem, quod (in eod. c. 30) Salomon vere agit de Filio Dei, cum dicat: Quis ascendit in coelum, atque descendit? quis continuit spiritum in manibus suis? etc. Iuvat etiam, quod Salomon non sine mysterio dixit: Viam viri, non adolescentis, quia scilicet Christus Dominus, de quo agebat, ab instanti conceptionis in utero materno viri fuit, idest, homo praeditus ratione, et discursu, alii vero in eo instanti non viri, sed infantes appelluntur. Unde propter eandem rationem (Jerem. 31) dixit: Foemina circumdabit virum, non adolescentem, aut infantem: quare iuxta hanc lectionem sensus erit loci: Tria sunt difficultia mihi, hebraice admirabilia, graece impossibilia ad cognoscendum lumine naturae, ac perinde supernaturalia. Quod praesertim affirmat Hieronymus de praesenti mysterio dicens (ser. de Assumpt. tom. 4): Quod natura non habuit, usus nescit, ignorat ratio, mens non concepit humana, parit coelum, stupet terra, creatura etiam caelestis miratur, hoc totum est, quod per Gabrielum Mariae promittitur, et per Spiritum sanctum adimpletur. Salomoni ergo visa est mirabilis via aquilae in coelo, cum Christus, ut aquila, in coelum ascendit, pendens hier ante eos, quod nullus ante eum aperuerat, quia, ut ipse dixit (Joan. 3): Nemo ascendit in coelum, nisi qui descendit de coelo, filius hominis, qui est in coelo. Visa etiam est mirabilis via serpentis super petram, cum Christus serpens salutaris figuratus per serpentem aneum Moyses, egrediens ex sepulcri spelunca, petram superpositam ita subtiliter penetravit, ut a nullo videri penitus potuerit, quae transierit. Visa etiam mirabilis est navis in mari, quia cum Christus, ut navis, tot laborum, passionum, et mortis fluctibus agitatus fuerit, nullus tamen unquam impatientiae naufragium perituli. Huic autem tertiae viae quartam addidit Salomon, quam ingenne se ignorare fateatur, scilicet, viam viri in virgine, idest, qui

ratione Christus Dominus absque virili semine fecerit sibi viam ad ingrediendum uterum virginem: nec mirum certe hoc Salomoni difficile sibi visum fuisse, cum eandem difficultatem agnosens h. Virgo angelum conceptum Christi et annuntians obiecterit (*Luc. 1*): *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?*

Ceterum, ut Iudaeis omnem viam praedendam ad reiciendam hanc expositionem, addendum est eam tradidisse R. Accados, quem ipsi *sanctum doctorem* proclamant. Hic enim in libro quem *arcanorum revelatorem* inscripsit, ad petitionem Antonii consulis romani, qui interpretationem illius loci exquisierat ab eo, respondit haec verba: *Magnam rem quaestisti, sed quia scriptum est Prover. 11. qui abscondit firmamentum, idest doctrinam, naldetur in populis, dicam tibi rem admodum sublimem: et statim subdit expositionem a nobis traditam de integerrima virgini a'e Mariae: quae ergo fronte Iudaei illam oppugnare poterant? Res refert, quod quidam obijciunt, dissonam esse contextum, quia statim post praedicta verba ait Salomon (*Prov. 31*): *Talis est via mulieris adulterae, quae comedit, et tergens os suum dicit: Non sum operata malum: ergo in praedictio loco Halma non significat incorruptam virginem, alias perperam compararet eam adulterae. Respondetur primo, hanc clausulam independentem esse a praecedenti, et se sola constituere sensum integrum, nam, ut exponit ibi R. Accados, verba illa referri debent ad Adam, qui de peccato suo se excusavit dicens: *Mulier, quam dedisti mihi somnum, dedit mihi de ligno, et comedi: in quo sane imitatus est meretricem, quae comedit, et terit os suum, et nihilominus contendit se nihil mali fecisse. Sed secundo, et melius respondetur, quod si velit praedictam clausulam connexionem habere cum supradictis, quia post illas quatuor vias subiungit Salomon quintam de via mulieris adulterae, tunc verba illa, *talis est via*, referenda sunt ad id, quod superius dixerat: *Tria sunt difficulta mihi, idest, admirabilia: eodem ergo modo mirabilem ait esse viam mulieris adulterae, idest Evae, quae nesciens, quod tenderet in mortem, dedit se in praecipitium illius: Eva enim comedit contra Deum praecipitium, et terit os suum, excusando se, et dixit: *non sum operata malum, reiciens culpam in serpentem. Tertio, Nicolaus de Lyra, et Adrianus Finus praecitatis locis respondent, cum subiungunt: *Talis est via mulieris adulterae, non de communi adultera sermonem esse, sed de Synagoga iudaica, quae hoc loco nomine mulieris adulterae exprimitur: ea enim in monte Sima in susceptione legis sponsa Dei effecta, statim per adorationem vituli adulterium spirituale commisit, et cum regem Messiam non suscepit, imo imple in crucem egerit, negat tamen se quidquam in Deum peccasse, et quasi tergens os suum dicit: *non sum operata malum: et cum aliquin tamquam fera pessima devoraverit verum Ioseph, et biberit eius sanguinem, cum Pilato vult lavare manus suas inter innocentes, quae tamen plene sanguine sunt, ipsi sunt in Christum clamantibus (*Matth. 27*): *Sanguis eius su-********

*per nos, et super filios nostros. Haec igitur impudentissima protervia huius meretricis digna est admiratione, quae cum tam grave necis Christi scelus commiserit, adhuc putat se nihil mali fecisse; unde ad illam ait Dominus: *Maculata es in iniquitate tua coram me: quomodo dicis, non sum polluta?**

Tandem obiicit Card. Caiet. (*in comment. hui. loc.*): licet aliquin retineat lectionem illam: *Viam viri in adolescentula*, quod illa, de qua Salomon hic loquitur, prius fuerat corrupta, ut sensus sit, difficile esse cognoscere viam viri in adolescentula iam ante corrupta; moveturque ea ratione, quoniam via viri in adolescentula virgine facile deprehenditur, cum signaculum integritatis deperat: ad si iam ante sit corrupta, nullo pacto novus congressus dignoscitur, nec sciri potest, num ad illam rursus vir accesserit: confirmatque hanc suam expositionem ex sequentibus, nam statim subiungitur: *Talis est via mulieris adulterae*, quibus verbis manifeste videtur concludi sermonem fuisse in praecedentibus de adolescentula iam corrupta. Verum haec obiectio Caietani, ex doctrina divi Hieronymi, paraphrasis chaldaei praecitatis locis, et germana significatione illius vocis *Halma*, quae *incorruptam iuvenulam* significat, facile enervatur. Deinde incredibile est, quod sapientissimus Salomon inter difficultia, quae sibi videbantur, annumeraret viam incorruptae puellae cognoscere, cum illi praeter libidinem quam praefert, nullam prorsus utilitatem afferret, alienumque illi esset a Salomone, qui Spiritu sancto afflatus haec loquebatur; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA VII.

Integerrimam Mariam virginitatem aperitissime probat celebre illud Isaiae vaticinium: Ecce Virgo concipiet, et pariet filium: quod multiplici eruditione illustratur, et ab hostium calumniis vindicatur.

Inter omnia sacrae Scripturae monumenta ad veritatem hanc catholicam comprobendam, illud quidem principem locum tenere arbitror, quod Isaia propheta scripsit: *Ecce Virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen eius Emmanuel: ita legit doctor Hieronymus, et nostra vulgata. Alii ad lectionem hebraeam, ad sibi videtur, magis accedentes, vertunt: *Ecce Virgo praegrans, et pariens filium. Alii cum Vatablo, et Pagnino transferunt: *Ecce Virgo praegrans, et foeta, sed in idem redit. Alii tandem: *Ecce Virgo gravidia pariens est filium. Quibus verbis clare praedixit Isaiae inviolatam Mariam virginitatem, cum ipsam praegnantem et parientem virginem compellet. Triplici tamen via contendunt Mariana virginitalis hostes vim huius illustris loci enervare. Primo respondent falso nos legere apud Isaiaem: *Ecce Virgo concipiet*, nam loco illius verbi *Virgo* in originali hebraeo est verbum *Halma*,****

quod significat puellam, sive adolescentulam, sive iuvenulam. Hanc solutionem amplexi sunt postea duces Ebionitarum, Theodosius Ephesius, et Aquila Pontlicus. Sed contra est: nam, ut refert Galatinus (*lib. 7. de Arcanis*), R. David Kimki (*in lib. Sciarascim, radice 244*), Halma a verbo Halam derivatur, quod abscondere, seu celare significat: igitur Halma idem est apud ipsos, quam *virgo abscondita, et intacta*, quod maxime verum habet, ut egregie adnotavit ipse Galatinus ut supra, quando nomen *Halma* scribitur cum aspiratione, ut contingit in praedictio loco Isaiae. Ubi observandum est, quod hoc loco excepto nusquam in tota sacra pagina invenitur *Halma* cum aspiratione, nisi de Rebecca, cum ibat ad hauriendam aquam, et ex contextu patet, tunc virginem esse, et ex Maria sorore Moysis, de qua dicitur (*Exod. 2*): *Et perrexit Halma*, quam etiam constat tunc virginem fuisse: nam, ut docet R. Salomon ibi, erat parvula quatuor annos habens; similiter cum dicitur (*Cant. 3*): *Adolescentula dilexerunt te nimis: hebraica lectio habet *virgines*: cum igitur apud Isaiaem scribatur cum aspiratione, consequens est, virginem significare, non *iuvenulam*, ut testantur LXX, et paraphrasis chaldaica, et communis expositio tam hebraeorum, quam graecorum et latinorum Interpretum, qui unanimiter vertunt virginem. Imo R. Ionathan Wzielis filius paraphrastes chald. vir apud ipsos Hebraeos summi nominis transiit, sicut Ecclesia Romana: *Ecce virgo concipiet*, ut recte observavit Canisius (*lib. 2. de Deip. c. 16*). Lingua etiam punica, quae, ut ait D. Hieronymus (*lib. advers. Iovin.*) de Hebraeorum fontibus manare dicitur, *Halma* virginem incorruptam significare affirmat: unde ipse Hieronymus (*in comm. huius loc.*) ait: *Usque adeo Halma significare virginem absconditam, et incognitam, ut non dicatur Halma, nisi ea potissimum, quae nunquam virorum patuerit aspectibus, sed magna parentum diligentia custodita sitet multo luculentius (*lib. 1. cont. Iovin.*) tractans eundem locum ait: *Scio, inquit, Iudaeos opponere solere, in hebraeo verbum Halma, non virginem sonare, sed adolescentulam, et revera virgo proprie Bethula appellatur: adolescentula autem, vel puella non Halma, sed Naghara. Quid est igitur, quod significat Halma? Absconditam virginem, idest, non solum virginem, sed cum epitasis virginem, quia non omnis virgo abscondita est, nec ab hominum fortuito separata conspectu. Denique et Rebecca in Genesi ob nimiam castitatem, Ecclesiae typum, quam in sua virginitate signabat, Halma scribitur, non Bethula, sicut manifestum esse poterit ex sermone Iovis Abraham, Gen. 24. In eo enim loco, in quo ait: *Virgo, quae egredietur, ut hauriat aquam, in hebraeo scriptum est, Halma, idest, virgo secreta, et nimia parentum diligentia custodita: aut certe ostendant mihi, ubi hoc verbo appellentur et nuptiae; et imperitiam confitebor; haecenus d. Hieronymus.****

Verum ad haec omnia quidam Hebraei illis convicti fallentur, ibi Halma significare virginem; addunt tamen quod Isaia cum ait: *Ecce virgo concipiet, et pariet filium*, verba haec intelligenda sunt in sensu diviso, ita ut non manens

virgo pariat, non in sensu composito, ita ut virgo manens partum edat. Sed contra hoc est, quia ibi Deus promittebat Achaz mirabile aliquid signum, iuxta illud: *Pete tibi signum; quod autem virgo aliqua pariat, non manens virgo, nullum sane prodigium, aut portentosum signum est, ut ex se constat: verba igitur necessario sunt intelligenda in sensu composito. Hinc D. Hieronymus (*in comment. huius loc.*) inquit: *Quando autem dicitur: Dabit Dominus ipse vobis signum: novum debet esse, atque mirabile; sin autem iuvenula vel puella, ut Iudaei volunt, et non virgo pariet, quale signum poterit appellari, cum hoc nomen aetatis sit, non integritatis? Ut lamen res haec illudior fiat, observandum est, rognante Ierosolymis Achaz impiissimum rege Iuda, Rasin regem Syriae, et Phacee filium Romeliae regem Israel, coegisse coepisse adversus Ierosolymam; tunc vero Deum misisse in occursum eius Isaiaem, qui solvenda urbis obsidione praediceret, regemque securum esse iuberet, atque in tanti beneficii confirmationem moneret, ut signum aliquod sive in coelo sursum, sive in inferno deorsum postularet. Quod cum rex petere per summam impietatem renueret, veritus mirum, ne ex eo magna in Deum gloria redundaret, subdole, et fallaciter praetextus molle se Deum tentare: *Non petam, ait, et non tentabo Dominum: quod responsum non humilitatis, sed superbiae fuit, ut ait D. Hieronymus (*sup. Isa. 7*), imo et summae impietatis: nec enim erit tentare Dominum tunc signum petendo, cum Deus ipse, ut peteret, hortaretur. Iratus iis verbis Dominus promisit datum se aliud signum longe praestantius ac sublimius, ex quo multo maiorem ipse gloriam, honoremque consequeretur, conceptum videret, atque ortum Messiae ex intacta virgine: *Audite, inquit, ergo domus David: Numquid parum vobis est molestos esse hominibus, quia molesti estis et Deo meo? Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum: Ecce virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen eius Emmanuel. Haec signum hoc de conceptione, et partu virginis idcirco Deus promisit, ut Deus suam ipsius gloriam, potentiaeque magnitudinem demonstraret, quas Achaz rex impiissimus obscurare molebatur. Haec autem divinae potentiae magnitudo in eo certe ostendebatur, quod virgo manens virgo conciperet, et pareret. Accedit quod signa, quae Deus in alienius pollicitationis confirmationem promittebat, omnia erant supra naturae vires, ut patet in virga Moysis, Gedeonis vellere, et horologio Ezechiae: quare cum Deus hic signum etiam promittat ad potentiae suae magnitudinem declarandam; cum etiam eius signi novitatem, sublimitatemque usque adeo illis verbis amplificet: Propter hoc Dominus ipse dabit vobis signum; perspicuum est, signum, quod promittitur, novum, insolitumque esse debere, atque adeo praedicti virginem concepturam, parituramque fore absque ullo saepe virginitalis detrimento: aliquin ridiculum planum esset illud pro signo polliceri, quod familiaris, et commune haberet, cuiusmodi est virginem ex viri congressu, atque deperdita virginitali concipere, et parere.****